



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Religiosus oculos semper intendat in magna. Cap. xv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](#)

Luc.2.

Luc.2.

Dorothe.
doctrina
10.

bui opportuno tempore aliquantulum hominibus latenter sapientia significationem offere? Non ita respondit, sed quid? Nesciebatis, quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse?] Permissionem in tēplo, humilem intet doctores confessum, modestissimam loquentium auditionem, mirabiles interrogations, non propriis nominibus vocavit, sed voluntatis Dei appellatione vestiuit. Ac si dixisset; Quicquid facio, ea ratione solum facio, quatenus Patri meo placet, & eius nomen sanctissimum, ac honorem prouehit. O quam aptè hoc loco adiectum est! Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos.] Nam paucis adhuc ex spiritualibus viris, qui hoc idioma Salvatoris intelligent. Si literas discunt, immoderatè cupiunt alios excellere, & inter nominatos magistros prodire. Si docent, volunt optimi præceptores haberi, & majori subtilitate etiam, cum ridicula nouitates occultas interpretari. Si concionantur, plausum exoptant. Hinc immoderatè curæ, quæ tempore orationis nos distrahan, hinc inepia in recitandis Psalmis festinatio, hinc multum loqui, & multum dispartare, & multa curiosa & vana perlegere, & parum tacere, parum orare, & parum libros, qui cor compungant, evoluere. Quia nostrum honorem, & nostram vanitatem querimus, & non voluntatem Patris inquirimus. Discamus itaque in his omnibus Dei beneplacitum, & nostrum profectum, ac perfectionem inquirere, & ea ita admitemus, ita perficiemus, non ut nos distrahan, & tepefaciant, sed ut fini vita nostra, id est, perfectioni, deseruant. Intellectus in studio sit, lingua in verbo quod loquimur, manus in opere, sed cura, sed sollicitudo in sola perfectione cōsistat. Et quemadmodum, dum in sūculo aliquod negotium gerebamus, illud totum cor possidebat, omnem cogitationem & omnem curam exhaustebat, ita nunc in cœnobio constituti, negotium religiosæ vita, scilicet propositum acquirēdā perfectionis totam curam exhaustiat, & quicquid est in nobis possidat. Hac consideratione beatus Dorotheus se ad virtutis studium incitat. Qui cùm ante conuersationem suam diligentissimè literarum studiis in cubuist, post vitæ religiosæ professionem dicebat sibi: Si tanta cupiditas tibi fuit in adipiscenda eloquentia, si tantus ardor lectionis, ut ad ipsius habitum prouehereris, quanto magis debes virtutis gratia elaborare: & ex hac cognitione admodum, fateor, proficiebam. Et statim subiungit: Sic ergo cùm parare virtutem quipiam voluerit, decet non distrahi ad diuersa, neque obtutio sum esse; ut qui rhetorica dicere voluerit, nulli alii rei operam suam nata, quam illi. Quod est in primis ab his factitandum, qui spiritualem artem parare student, ut scilicet nulli omnino rei præterquam huic operam dent. Arque in ea dies noctesque cogitationem omnem suam fiant, dum ad eius possessionem, cooperante Domino, tandem perueniant. Quod sane qui non fecerint, non solum non proficiunt, sed etiam tempus omne terunt usque adeo insipientes circumduci.] Hactenus ille. Perfecta igitur virtus apud nos finis sit, reliqua verò instrumenta virtutis. Illam ut finem sine mensura, id est, intentissime desideremus, hæc ut media ea solum ratione, qua ad virtutem conferunt, & cupiamus, & exerceamus. Nec putemus nos perfectionis desiderio, aut à literarum studio, aut à doctis & optimis concionibus habendis, aut ab aliis piis negotiis avocando. Id enim putare profectò & actus diaboli, & magna ignorantia est. Nam & sancti Patres doctissimi fuerunt, eloquentissimi exitterunt, & maxima cum satisfactione gubernarunt, & negotia tractarunt. Nec defunt nunc in Ecclesia optimi viri, & puritatis ac perfectionis studio-

A lissimi, qui cum omnis virtutis & orationis studio maximam scientiam & eloquentiam, & in rebus gerendis dexteritatem coniungant. Et perfectionis amor pia opera non destruit, ac Dei obsequia non impedit: sed adiuuat, sed nobilitat, sed promovet, sed ad debitum splendorem perducit.

*Religiosus oculos semper intendat
in magna.*

C A P V T X V.

B V i perfectionem amat, eamque suarum actionum scopum finemque præfixit, ut ad aliquam puritatis mediocritatem perueniant, opus est, ut ad præstantissimam sanctitatem, & excellentissimam perfectionem asperet, & oculos, non in merita pusillorum, sed in labores, & merita virorum sanctissimorum intendat. Suar enim nonnulli vita spiritualis professores, in diuinis rebus admodum pusillanimes, qui suam aspicientes imbecillitatem, & diuina gratia opem minimè considerantes, nihil magnum celumque desiderant, sed vita cuiusdam communis, & solum à magnis peccatis aliena dilectione tenentur. Nec aduentū, quod desiderare magna, tum facile, tum utilē est, & qui in minimis desideria sua collocant, nec ad minima atque imperfecta perueniant. Desiderium rerum magnarum, & cuiusdam extimæ sanctitatis facile quidem est, quoniam intellectus rem magnam laboribus & difficultatibus spoliat, & eam malis nudam, & satis pulchram & splendidam voluntati repræsentat, ut illam pulchritudinem oblatam sibi percipiatur. Est etiam hoc desiderium vtile, quoniam illo velut stimulo excitati, velocius viam Dei currimus, & amplius laboramus, & si non ad illam sanctitatis magnitudinem nobis propositam, saltē ad aliquam mediocritatem accedimus. Qui autem solum communem virtutem concupiscent, illa sèpe fructuantur, & circa communem vitam in magna conuerfationis vilitate quietescunt. Quamobrem Paulus sapienter nos mouet, dicens: Amulmini charismata meliora. Et adhuc excellentiores vian vobis demonstro. Nam si hanc exquisierimus exilioribus donis non omnino vacui permanebimus. Præstantissimam namque virtutem minor & communior antecedit, in quam, si illam ardenter sicutimus, necesse est, non post multos labores incurrere. Longè itaque sit à nobis quorundam tēpidorum ignavia, qui dicunt, sufficit mihi, si grauia peccata non perpetro, si præcepta & quæ obligant sub peccati intermissione, custodio, si angulum cœli conquiero, & inter pueros, qui cum solo baptismo hinc emigrarunt, locum inuenio, & maiorem virtutem, aut portiorem gloriam habere non curio. Longè, inquam, sit à nobis talis cogitatio, quæ desideria magna perfectionis extinguis, non semel indignos potest facere regno calorum. Qui enim solis peccatis letalibus abstinerre curant, sape dum leuia non vitant, & occasiones non fugiunt, dum minus putabant, in grauia labūtur. Qui solum angulum cœlestis patriæ, & infimum locum mereari nituntur, aliquando ad hunc comparandum necessariam numismata non habent, quod est præceptorum impletio, & dum nec pro angulo premium exoluunt, se in ignes semper duraturos conicunt. Et quemadmodum virgines fatuæ à nuptiis exclusæ sunt, quia oleum habere noluerunt, & audierunt ex ore sponsi: Nescio vos:

Matt.25.

quibus

quibus tamquam insipientibus iauua clausa est. J ita hi in periculum damnationis incident, quia dum solum oleum necessarium, & nihil aliud querunt, fortassis sine oleo necessario, id est, sine charitate necessaria & sine debita mandatorum custodia, permanebunt.

Nos ergo nobis eximia sanctitatis, & perfectio-
nis merita conquirenda proponamus: humilitatem
Francisci & Augustini, charitatem Dominici, &
Ignatij nostri, orationem Bernardi, & Antonij pau-
peritatem mundi contemptum, castitatem, obedi-
tiam, & reliquias virtutis sanctorum suspiramus, vt
saltet aliqua mediocritas virtutis nobis accedat. Nō
ne sagittarius sentiens arcum neruo remissum
cōsuevit sagittam altius collinare, vt signum inferius
positum, scopumve pertingat? ita & nobis vtile erit
in sublimissimam sanctitatem aciem oculorum in-
tendere, vt conatus noster reponatur & socordia remis-
sus, ex tanta sublimitate deieetus aliqualem saltē
virtutem acquirat. Non in mercator iniquum pretium
pro suis mercibus exigit, vt iustum ex manibus em-
poris extorqueat? Sic & nos à nobis meti ipsi, tam-
quam ab auris emporibus, maiorum nostrorum pu-
ritatem exigamus, vt imitationem ipsorum, & non
nullam virtutem praeponamus. Nonne miles, qui in
expeditione aliqua strenue se gessit, & victoriam de
hostibus reportavit, solet à rege magnam dignitatē,
aut annos redditus amplissimos petere: vt aliquod
saltē præmium sui laboris accipiat? Cupiamus si-
militer nos magna, quæramus sublimia, & à Deo
petamus excellē, vt ad minus moderata virtus nobis
obtingat. Sapientissimus Ioseph Patriarcha vehe-
menter cupiens Beniamin germanum fratre, quem
tenerimē diligebat, apud se videre, & suā felicitatis
participem facere, quid cogitauit? Omnes fra-
tres suos coniecit in vincula, præcipiens eis, vt vnum
tantū mitterent, qui reliquis in custodia remanē-
tibus minimū fratrem abduceret. Ad quid hoc? Nō
quid vt vnu tantū iret, & reliqui remanerent? Nō,
fed vt vnu dūraxat libenter obſidem darent, & re-
liqui cum frumento & pecuniis ad patrem confo-
landum, & fratrem abducendum, redirent. Quare
eductis de carcere dixit: Si pacifici estis, frater ve-
ster vnu ligeret in carcere, vos autem abite, & ferite
frumenta, que emisisti, in domos vestras: & fratrem
vestrum minimum ad me abducite, vt possim vestros D
probare sermones, & non moriamini? O quām sa-
piens cogitatio! qua & effactum sortita est, & sub hi-
storia cortice nos saluberrimē instruit. Si enim vol-
lumus Christo, quem ille Patriarcha castissimus re-
ferebat, Beniamin minimum fratrem offerre, id est,
mentem nostram, aliqua vel minima virtute cumulatam
consecrare, adigamus nosmetipſos, vt omnem
virtutem, vniuersa perfectorum merita, & cunctos
eorum labores conqueramus, vt postea libenter, &
sine moleſta, saltē aliquem sustentemus. Nec sola
figura, verum & veritas ipsa viros spirituales hanc
docet industria. Dominus enim mandatum perfe-
ctionis promulgans, ait: Diliges Domīnum tuum ex
toto corde tuo, & in tota anima tua, & in omni mé-
te tua] nō vt homines carne circundati, Angelorum
& Beatorum charitatem exerceant, qua vlla in-
termiſſione in Deum amore fertur, sed vt eam ut-
cumque imitentur, & nihil charitati aduersum ad-
mittant. Nos ergo monitis Saluatoris edocti, &
Sanctorum exemplis animati, non in aliquam virtu-
tem puerilam, non in vitam tepidorum, non in mo-
res imperfectorum hominum, sed in maximam san-
ctitatem mentis oculos intendamus, & ad proposi-
tam sanctissimis virtutis palmam curramus, vt in fine

A vita pro minoribus operibus, digni aliquo præmo
iudicemur.

Displicer quidem Deo viri spiritualis pusillani-
mitas, qua solum ad communem virtutem venire
procurat: quod Ioannes Gerson hoc simili aptissimè
manifestat. Si enim vir nobilis plures habet filios, ad
rem familiarem amplificandam aptissimos, videret
vnum ex eis nihil certe malo facientem, sed pigrum
inerem, sed nihil magnum, & præclarum, ad ni-
hil suo ingenio & nobilitate digni aspirantem; euo-
caret illum, & ad sublimiores actus impellaret, at-
que ad imitandos suos fratres instimularet, & illum
tandem reprehenderet; & inuisum haberet, si nihil
suis monitis, & adhortatione proficeret. Hic Pater
fir Deus, qui se vocari Patrem iubet, & erga omnes
homines officium amantissimi patris suscepit. Filius hu-
ius æterni Patris ad laborandum, & rem familiarem au-
gandam aptissimi, sunt omnes sancti, qui iam præces-
serunt, & viri perfecti, qui nunc meritis suis Patrem
glorificant, & Matrem Ecclesiam illustrant, in quibus
Dominus velut in filiis complacet sibi. Filius igna-
uus, & excors sum ego, qui multa mala facio, qui in
domo laborant, & ad perfectionem currenti, otio-
sus sedeo, qui ad nihil egregium, ad nihil magnum, &
præclarum aspiro. Me horruit Deus, me quotidie fra-
trum exēplis, prælatorū confiliis, & sanctorum actioni-
bus monet, vt omni à me fugata fœcordia aliquid
magnum moliar, & ad quā vocatus sum perfectionem,
inquiram. Dicit mihi sapientissime: Fili mi custodi sermo-
nes meos, & præcepta mea reconde tibi. Fili serua
mādāta mea, & yices: & legem meā quasi pupillam
oculi mei: ligā eam in digitis tuis, scribe eam in tabu-
lis cordis tui: Dic sapientia, foror mea es, & pru-
dentiam vox amicam tuam.] Si ista verba, & similia,
quotidie audio, sed nō obedio, moneor, sed non mo-
uer, excitor, & non affugo, & nihil perfectum, nihil
mea vocatione digoum aggredior, quis ambigat
me inuisum esse illi, cuius adhortationes sperno, &
à cuius nobilitate degenero? Aquila hoc proptium
esse rerum naturalium indagatores existimant, (quod
& Augustinus & Ambrosius non negant) vt filios
vngue suspendant, & radiis solis opponant, & qui
firmè solis lucem contemplatus fuerit, filium agno-
scant, qui vēdō inuidam coruscō radiorum appulsa
aciem subquiserit oculorum, tamquam adulterinum
ab vngue demittant, & parentum dānatū arbitrio,
à fratribus confortio reiulant. Idem facit Pater noster
celestis, qui se in Deuteronomio aquilæ comparauit.
Filios suos, qui omnes iusti sunt, de quibus inquit
Paulus: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in
Domino, vt filii lucis ambulate;] lucis aspectu pro-
bar, & eam libenter aspicientes, filios, eam vēdō auer-
fantes, non tam filios, quām tepidos seruos agnoscit.
Qui autem sunt, qui firmè & stabiliter lucē intuen-
tur, nisi qui mentis aciem in opera lucis intendunt, &
septi lux semper procedit, & crescit, vñque ad perfe-
ctum diem, ita eam vt matrem imitantes, semper ad
maiora & altiora, vñque ad perfectionem peruen-
tiant, sine vlla cessatione mentis anhelant. Et qui sunt
acie palpitantes, & non valentes lucis vim, & splen-
dore perfette, nisi qui cuiusdam ordinariae virtutis splé-
dore cœcati, statim obtundunt, & oculos ad vana &
mūdāna deflectunt. Si talis sum, si non naturam lucis
habeo, quā continuus momentis sit maior, & pul-
chrior, quoque ad meridiē accedit, sed naturā te-
nebrarum (si forē natura vocari potest, quā nihil est)
qua processu temporis redditur profundior, & te-
rior, quid mirum, si Pater ille, qui totus lux est, & te-
nebra in eo non sunt vlla,] me quotidie ignavia &
negligentia arguat, & increperet, & si perseverauero,

Gerson. p.
3. tract. de
mystica
Theolo-
gia pra-
ctica con-
sidera. 4.

Pron. 7.

August-
tratt. 3.
in Iean.
Ambro-
ſib. de Sa-
tomone c.
2.

Deut. 32.

2. Cor. 6.

1. Iean. 1.

Gen. 24.

Matt. 22.

sua prouidentia specialissima vngue dimittat, & non filium, sed serum ignavum, & inertem agnoscat.

Ilud etiam incitat nos, ut magna queramus, & ad excellentissimam virtutem festinemus, quod qui magna cupiunt, & magna pertunt, magna consequuntur, qui vero paucis contenti, maiora & altiora fastidiant, non semel in luxuosa miseria dilabuntur. Deus enim, qui scrutatur corda, scit quid desideret spiritus.] Scit quidem approbas sanctum desiderium, & illud innata benignitate motus, adimpler. Cuius impletione anima mira delectatione latatur, & omnem tristitiam dolorēisque depnit. Nam, ut ait Salomon: Spes, qua differtur, affligit animam: lignum virtutis desiderium veniens.] Qui ergo magna cupiunt, ad magna & perfecta accipienda te disponunt. Vas autem vacuum & mundum, & ad pretiosum virtutis liquorem accipendum præparatum, Deus suis bonis cumulat, & omnem eius capacitatem explet. Quod & designauit Ioseph, volens fratres suos omnibus bonis Aegypti abundantes ad patrem remittere. Præcepit enim dispensatori domus sue dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere, & pone pecuniam singulorum in summitate facci.] Quid enim faci fratrum spiritualis Ioseph, id est, Christi, designant, nisi corda iustorum? & quid facorum capacitas, nisi desideria & petitiones eorum? & quid frumenta, nisi dona Dei, & virtutum opes, quibus iustorum corda possunt impleri? Sacri ergo quantum possunt capere, frumentis implentur, quia iustorum corda, quantum efficaciter & verè desiderant, consequuntur. Sed quid pecunia abscondita in summitate faci significat, nisi quod sancti non solum virtutem concupiscent acquirunt, verum etiam pecuniam suam, id est, præmium sui desiderij recipiunt, quod non solum boni desiderati adceptione præmiatur, sed etiam quia de se bonum, & gratum Deo est, propria mercede ac præmio non ceter. Si hoc ita est, aperte Bernardus existimat, secundum magnitudinem desiderij, boni magnitudinem obtineri. Nec solum id putat, verum etiam multis exemplis Scriptura confirmat. Eius verba sunt: Magna siquidem fides, magna meretur: & quatenus in bonis Domini fiducia pedem porrexeris, catenus possidebis. Denique Moysi ore ad os loquitur Deus, & palam non per anigmata & figuratas Dominum videre mereatur, cum prophetas alios tantum in visione apparere se dicat, & per somnum loqui.] Philippo quoque secundum petitionem cordis sui, ostensus est Pater in filio, in eo proculdubio, quod incontinenti audiuit: Philippe, qui vider me, vider & Patrem: & quia ego in Patre, & Pater in me est.] Sed & Thomæ iuxta desiderium cordis eius palpandum se præbuit, & voluntate labiorum eius non fraudauit eum.] Quid David? Nonne & ipse voto se non omnino fraudari significat, vbi ait, non daturum se somnum oculis suis, nec palpebris suis dormitionem, donec inueniret locum Dominus?] Igitur istiusmodi magnis spiritibus, magnus occurrit sponsus; & magnificavit facere cum eis, emittens lucem suam, & veritatem suam, eoque deducens, & adducens in montem sanctum suum, & in tabernacula sua, ita ut dicat, qui eiusmodi est, Quia fecit mihi magna qui potens est.] Regem in decoro suo videbunt oculi eius] præuentem se ad speciosam deserti, ad flores rosarum, & lilia conuallium, ad amœna hortorum, & irrigua fontium, ad delicias cellariorum, &

Prom. 13.

Gen. 44.

Bern. ser. 32. in cas.

Num. 12.

Ioan. 14.
Ioan. 20.

Psal. 131.

Psal. 115.
Psal. 42.

Luc. 1.
Esa. 33.

A odoramenta aromatum, postrem ad ipsa secreta cubiculi. Ipsi sunt thefauri sapientiae, & scientie penes sponsum absconditi, hæc vita pascua præparata in refectionem animarum sanctorum. Beatus vir qui impleurit desiderium suum ex ipsis.] Vnde non sine attestacione Scripturarum sanctorum asservimus, voluntatem sanctorum à Domino fieri, & magnam perfectionem cupientes, ab eo ad magna & excellē merita virtutis prouehe. Neque ab hoc dissentit, quod dictum est Esdræ: Tu noli timere, neque expauescat cor tuum: sed ingredere, & vide splendorem, & magnitudinem adiutorij quantum capax est tibi visus oculorum videre, & post hæc audies, quantum capit auditus aurium tuarum audire.] Sic enim Dominus secundum capacitem visus, & auditus, videnda, & audienda propone, ita secundum capacitem desideriorum, dona sua & virtutes attribuit. Oculos itaque coniiciamus in magna, ut aliquando in animabus nostris, magna perfectionis dona videamus.

Psa. 126.

4. Eze. 10.

B contraria vero huic felicitati est miseria tepidorum, qui dum paucis bonis exaltantur, illa quæ habent, merentur amittere: & dum virtutem spernunt, à modica illa possessione virtutis solent decidere. Et quemadmodum illi, qui panem è eolis sibi ministratum auersabantur, carnis, & cibo terreno faciat sunt, qui non vitam, sed mortem attulit eis. Nam adhuc electæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Et occidit pinguis eorum, & electos Israel impediuit. Ita qui de virtute nauseam suscipiunt, & tamquam homines saturati, quasi ut roganti satisfaciant, leuitate tantum attingunt, solent rebus visibilibus satiari, & peccatorum delectatione repleri. Metuendum est enim (ut Augginus ait) ne quisque descendens de montibus iustitia Dei: (Iustitia enim tua, inquit, velut montes Dei:) latitudines & facilitates voluptatis carnalis eligens, à diabolo trucidetur. Hi solent tepidores se, & legniores respicere, & modicam aliquam virtutem, qua illos superant, ante oculos obuersare ut in luto iaceant, & suam segnitatem confortentur. Et sicut ille Phariseus publicanus respxit, ut comparatione illius se ipsum magni reputaret & de falsa iustitia superbiret: ita hi faculares respicunt, & vitam mundanorum considerant carnis & ambitionis suæ desideris servientium, ut de quadam religionis umbra superbiant. Nam & viator itineris fatigatus, solet causam leuaminis retro respicere, & non quantum itineris sibi conficiendum superlit, sed quantum ambulauit, meditari: Sic tepidi, non quam longe sicut à vita virorum spiritualium, non quantum absunt à moribus perfectorum aduertunt, sed quantum iniquos & carnales excellant, ut ex hoc occasionem in suis imperfectionibus iacendi percipient. Idque Gregorius egregie sane declarat. Postquam enim iustorum consuetudinem explicauit, qui solent perfectorum acta perpendere, ut inde se ad maioris virtutis studium accendant, hæc ait: Sed hæc reprobi nesciunt, quia mentis oculos semper in infinitis premunt, qui & si quando in viam Domini veniunt, non ad meliorum vestigia, sed ad intuendum semper deteriorum exempla vertuntur. Neque enim eorum vitam considerant, quibus se humiliando postponant, sed quibus superbiendo se præferant. Deteriores namque respicunt, quibus meliores se esse gloriantur, & idcirco proficere ad meliora non possunt, quia hoc sibi sufficere estimant, quod

Psal. 77.

Aug. ad Psal. S.
Psal. 34.

Lue. 16.

Greg. 24.
mor. 12.

peffimos

Gen. 2.

pessimos antecedant.] Vide quantum sit corum periculum, qui ad modicam tantum virtutem aspirant, & satis sibi esse putant, si pessimi non sint, & si aut malos, aut legnes, & sua salutis oblitos, aliqua ratione praecedant. Tu ergo non sic, si ad perfectionem cupis ascendere, sed oculos mentis in altissima virtute confitue. Profundissimam humilitatem, purissimam, & plauè Angelicam castitatem, promptissimam obedientiam, verissimum rerum visibilium contemptum appete, ut post multos labores saltem ad moderatam virtutem peruenias. Pete à temetipso, sicut Dominus postulauit à fidelī Patriarcha, filium in holocaustum, quod Domino lites, ut à tua parcitate minus extorqueas, arietēmque sacrificies. Id est: Apud temetipsum statue viros sanctissimos imitari, & ad eximiam sanctitatem ascendere, ita ut temetipsum Domino purissimum holocaustum exhibeas, ut saltē aliquam puritatem adeprus sacrificium vocari merearis. Genu ante Dominum, & efflagita ab eo gratiam, qua illos primos tuæ religionis patres, Franciscum, Dominicum, Ignatium, & alios similes è vicino securatis, ut vel à longè illos imiteris. Placet enim Domino humilitas, qua quis seipsum parvum & abieciū existimat: placet & magnanimitas, qua ob honorem Dei, & ut ei placeat, virtute magnum, & perfectione conspicuum se esse desiderat.

Religiosus perfectionem sitiens, non aspernantur minima.

CAPUT XVI.

Qui ad magnam & celstam perfectionem mentis aspirant, operæ præmium est, ut minima quæque mala diffugiant, & parvulos defectus, non eo quod parvuli, sunt in seip̄is curare contemnunt. Omnia enim magna ex pusillis pendent, nec magna & mirabilia sunt si non etiam minimas imperfectiones excludant. Pulchritudo magna, nonnulla macie ex infirmitate contracta, statim inficitur, & vel minimo nāuo fuscatur. Sapientia magna minimas ignorancias reiicit, nec errore circa res pusillas, ad sapientiae cognitionem pertinentes admittit. Magna eloquentia quot minutula, & parui (ut videntur) momenti requirit in voce, in gestu, in sententiis, in numero, in prolatione verborum, & in aliis huiusmodi, sine quibus non est admirabilis, nec mouet, nec mulcet, nec (quod proprium rerum magnarum est) admirationem, & stuporem ingerit. Sic sanctitas magna, & magna perfectio, qua magna pulchritudo animæ, & magna sapiëtia est, minimos defectus, ac minimas, & vix apparentes (quantum potest) imperfectiones deuitat. Quas si non conatur euincere, ac superare, quamnam munditia magnitudinem potest habere? Nam si virgo aliqua munda non dicitur quæ aut in seip̄a, aut in vestibus, aut in strato fordes aliquas libenter patitur, profectò nec ipsa munditia animæ satis magna, & (ut ita dicam) satis munda diceretur, quæ fordes leuium peccatorū, & imperfectionum libens sustinet, nec diligentii circumspetione vitat, nec compunctionis aqua detergit. Et si magna perfectio magna charitas est, (ut superiori tractatione diximus) & magna charitas est magnus amor & magnus ac ardens amor, cū quem amamus, nec leuiter contristare permittit; quomodo eximie amabimus Deum, & perfectam erga il-

A lum charitatem habebimus, quem quotidiani imperfectionibus ledere non veremur. Si reverteris Isræl, ait Dominus, ad me conuertere: si absuleris offendicula tua à facie mea, non commoueris. Si, inquam, peccata deseris, & veterem conuersationem derelinquis, serio considera quoniam non eum homine amicitiam resarcis, sed ad me conuerteris, quem neque in magnis, neque in minimis deberes noxa pulsare. Si absuleris non solum offendicas, quæ amicitiam discidunt, sed etiam offendicula, id est, levia perfectionis obstacula, ita ut (quantum hæc vita plena peccatorum, & imperfectionum fert) ea quotidie aboles, & destruas, tunc non commoueris. Tunc non vt arundo pusillos & imperfectos designans, quolibet passionis insurgentis vento agitaberis, sed sicut cedrus alta & procera, in charitate radicata, & fundata, in perfecta Christi imitatione permanebis. Qui vult ergo non commoueri, id est, ad eam charitatem peruenire, quæ stabilis & perfecta est, nisi peruersa hominis voluntate proteratur, non dico ut non cadat, quis enim circumdatus carne non cadit? sed ne leuibis defectibus afflueat, & ne fissura adhibitione remedij apud se manere permitrat. Sunt enim quidam, qui loquacitati, alij qui nimis alicuius familiaritati, alij qui immoratae curiositatib, alij qui ambitione, & desiderio splendidi apud homines, alij qui similibus virtutis manus dederunt, & ea, aut præcidere, aut maiuere, aut emendare non curant; hi numquam pannos exuent spiritualis infantia, neque erunt in virtute perfecti.

C Sed ut maxima cura & sollicitudine hæc minima & levia viemus, à quorum mortu, quia velut musca parvula sunt, non solemus trepidare, videamus quæ mala nobis ex illis obueniant, quibus auditis, sat scio, quia non leuiter levia timebimus. Horum autem malorum illud certè magnum, & expausendum est, quod qui spernit modica, ut Ecclesiasticus ait, paulatim decidet:] & ex loquacitate in detractionem, ex nimia familiaritate fortè in obscenitatem, ex curiositate in cordis duritiem, & ex ambitione in apertam superbiam, & magnam ambitionem corruet. Magna namque & aperta peccata, ed iustis minis periculosa sunt, quod vel a peccato corum satis enorme, & tetrum exhorrent; at minima eo ipso quod minima periculosiora videntur, quia dissimilanter intrant, latenter cor possident, & abscondite ad miserabilem ruinam disponunt. Unde Bernardus tamquam expertus caluum aliorum bene ait. Mens Deo dicata, sic caueat minora vita, ut maiora: quia à minimis incipiunt, qui in maxima proruunt.] Hoc beatissimi viri dictum ego ita intelligo: ut quemadmodum seminari aliquam lubricam, & positam iuxta magnum præcipitum ingrediens, sicutans per ab ipso trahit deuauerit, sollet occidere, & ex casu modico in præcepis deturbans conficiens vitæ spiritualis iter, quod per seminari facimus facili angustam, atque præruptam, ex tantillo lapsu, quem scientes & volentes noluius evitare, in magnas inquietudines labimur, & sèpè non mirimas maculas, peccataque contrahimus. Nec putandum est, quos ex spiritualibus virtutis apeximus, in magna, & manifesta peccata prolapsos, subito corruiſſe, sed eos externa specie boni contentos prius leuiora negligenter, & postea maiora irreuerenter, & tandem procaciter maxima perpetrasse. Et quidem ipse Bernardus id etiam docuit, dicens: Quam multos videmus, & plangimus fratres, qui dummodo maneat habitus, & confusa, salua sibi omnia arbitrantur? non considerantes

Ecccl. 19.

Bern. de ordine vita, ad finem.

Bern. ser. de ingratiudine.